



**I**acobus ille ex patritia apud Basilienses familia  
 natus, atq; omnis generis uirtutib. educatus fuit.  
 Itaq; is magnam pietatem et prudētiam nactus, in-  
 ter reliquos ciues magna authoritate extitit. Hinc  
 factum ut primò in senatū ascitus, postea etiam tri-  
 bunus plebis creatus fuerit. Hic magistratus cū cō-  
 sule in ea repub. primas obtinent. Cum autem per  
 multos annos magna cū gloria eo officio functus  
 esset, atq; huius mundi uanitatem consideraret, co-  
 gitare cœpit, quānam ratione Deo inseruire, atq;  
 sua bona cōmodē distribuere posset. Erat enim ho-  
 mo ditissimus, ac uxore mortua liberis carebat. Ita-  
 que de Carthusia fundanda, & eo ordine assumen-

do secum deliberauit.